

*Summa* peccatorum nostrorum chirographo  
cruci affixo, peccatorum causa nullus  
amplius metus nos incedat. Col. 2.

Sed & peccatis nostris una cum Christo se-  
pultis, non refodiamus ea *ἀσωνία* & a-  
liis curvitatibus.

Tum peccatum, Satan, mors, descensus ad  
inferos, adeoque damnatio æterna  
nihil nobis officiet: quin potius om-  
nia adversa simul adjumento no-  
bis ad bonum erunt. Rom. 8.

Faxit Deus gratiose: ne dicta abeant in ven-  
tum, sed altas agant radices per Je-  
sum Christum Dominum nostrum  
Amen!

DOMINICA XVIII.

Ex Quæst. 45.

*FIDES CHRISTIANORUM RE-  
surrectio Christi est. S. Aug.*

TEXTUS I. Corinth, 15, 3. ad 9. usque.

*Vers. 3. Tradidi vobis in primis quod & accepi,  
Christum videlicet mortuum esse pro pec-  
catis nostris, secundum Scripturas:*

*v. 4. Et sepultum fuisse, & suscitatum tertio  
die, secundum Scripturas:*

*v. 5. Et visum fuisse Cephæ, deinde duodecim  
illis.*